

**STUDIA CRITICA IN EPIGRAMMATA GRAECA:
ADNOTATIONES AD EPIGRAMMATA IN
TERTIO VOLUMINE
ANTHOLOGIAE PALATINAE EDITIONIS
DIDOTIANAE, CUM APPENDICE
EPIGRAMMATUM NONDUM COLLECTORUM**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649715114

Studia Critica in Epigrammata Graeca: Adnotationes Ad Epigrammata in Tertio Volumine
Anthologiae Palatinae Editionis Didotianae, Cum Appendice Epigrammatum Nondum
Collectorum by Henricus Van Herwerden

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

HENRICUS VAN HERWERDEN

**STUDIA CRITICA IN EPIGRAMMATA GRAECA:
ADNOTATIONES AD EPIGRAMMATA IN
TERTIO VOLUMINE
ANTHOLOGIAE PALATINAE EDITIONIS
DIDOTIANAE, CUM APPENDICE
EPIGRAMMATUM NONDUM COLLECTORUM**

602

⊙

STUDIA CRITICA IN EPIGRAMMATA GRAECA.

ADNOTATIONES AD EPIGRAMMATA IN
TERTIO VOLUME ANTHOLOGIAE PALATINAE
EDITIONIS DIDOTIANAE,

CUM APPENDICE EPIGRAMMATUM NONDUM COLLECTORUM.

SCRIPTIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.

LEIDEN. — E. J. BRILL.
1891.

PRAEFATIO.

In editionis *Epigrammatum Anthologiae Palatinae* volumine secundo, quod Parisiis prodit a. MDCCCLXXII, Ambrosius Firminus Didotus cum alia praemonuit lectorem tum (p. vi) haec, quae scripsit m. Octobri a. 1870: »Tertii voluminis, quod »Appendicem novam epigrammatum veterum ex libris et »moribus ductorum continebit, adiecto indice rerum et nominum »in universam Anthologiam, multa iam mihi materia ad manum »est, ex libris Jacobsii, Boissonadii, Welckeri, quam ordinatam »ac digestam ita, ut, si non plenum *corpus*, utilem saltem »iucundumque delectum efficiat edere certissimum est, si quid »anni mei et haec tempora certum proponere patiuntur. Quo »utinam labore defungi et susceptum tot ab annis opus absol- »vere Duebnero meo datum esset, vivoque praemium aequatae »cum principibus Anthologiae Graecae sospitatoribus laudis »adipisci." Excipit haec verba brevis sed sincera, quae legatur apud ipsum, laudatio viri optimi, doctissimi, ingeniosissimi et admodum industrii, cuius post XXXV annos cum desiderio recorder. Me enim a. 1855 sq. Parisiis degentem studiorum causa, quo melius ad longum in Italiam et Hispaniam iter me praepararem, commendatum sibi a Cobeto nostro et nonnihil quoque *Observationibus meis in Comicorum Graecorum fragmenta*, quas missas sibi ab illo, licet multa iuvenilis levitatis et imperitiae virum egregie eruditum fallere non potuerint, admodum sibi placuisse rescriperat, me, inquam, Duebnerus paterna benevolentia

excepit immaturumque adolescentem in amicorum numero esse inssit; quam amicitiam mihi et postea saepius litteris consiliisque philologicis testatus est et nuptiali quoque dono a. 1864, Anthologiae suae volumine primo, quod praesertim illa manu missum est bibliotheculae meae *κειμήλιον*. De epitaphiis imprimis scripturo ignoscat mihi lector hanc de viro carissimo rebusque meis mentionem. Iam redeo in viam.

Ambrosii Firmini Didotii, viri eximii, vota multum abest ut plene exaudita sint. Nam prodit quidem hoc ipso anno in heredum eius officina *Anthologiae volumen tertium, continens Epigrammata vetera ex libris et marmoribus ducta, annotatione inedita Boissonadii, Chardonis de la Rochette, Bothii, partim inedita Jacobsii, metrica versione Hugonis Grotii, et apparatu critico instructa ab EDUARDO COUGNY, Graece et Latine cum indicibus epigrammatum et poetarum*, sed desideratur promissus ab illo *index rerum et nominum in universam Anthologiam*, nec delectus semper factus est, qualem aut ipse probaturus fuisset aut nos probare possimus, quia editor, si omnia colligere nollet, pro multis extremae barbariae fetibus cum ex Kaibeli copiis tam ex iis quae post huius collectionem e lapidibus vulgatae sunt melioris saltem notae epigrammata edere potuerat. Mihi enim, quem ad plenam collectionem faciendam praeter otium subsidia deficiunt, colligere licuit octoginta ferme titulos metricos, hic illic sparsos in libris periodicis, quos frustra apud Cougnyum quaesiveris; quare corrolarii instar novam hanc collectionunculam his meis annotationibus subiungere visum est.

At isti quidem optioni minus felici ignosceremus, dummodo Cougny ea quae collegit aut colligenda curavit bene edidisset; sed contra est, nam neque accurate quae recte tradita sunt vulgavit, nec diiudicandis virorum doctorum coniecturis sanum sobriumque adhibuit iudicium, nec non quae ipse suo Marte mutavit solidae doctrinae et sanae, paene dixerim, mentis absentiam ostendunt. Labitur enim continuo in accentuum ratione

atque universa etymologia, in syntaxi, in re metrica, in vera vocabulorum significatione, et iocularibus in versione sua Latina erroribus saepe prodit singularem iuxta sermonis Graeci imperitiam iudicii imbecillitatem. Miseret me Firminorum Didotiorum, virorum honestissimorum, quod, cum Gallia optimis philologis abundet, huius potissimum humeris tam grave onus imposuerunt. Quam puderet revocatum ab inferis litteratissimum virum, Ambrosium, si opus ab amico suo eruditissimo tam praeclare incohatum et pro maiore parte confectum, adeo turpiter absolutum esse videret. Non calumniari me hominem, quem non novi et cui opto omnia quae velit, satis apparebit ex iis quae in his commentationibus non data opera, sed in transcurso, notavi; quamquam, si res aequae utilis esset atque facilis, errorum, quos commisit, nullo negotio multo largiorem copiam indicare potueram¹⁾.

Re sic comparata mihi constitit huic editori nulla in re temere esse credendum, itaque, ne aut identidem acta agerem aut ab illo deceptus falsa conicerem, praeter ipsius annotationes alios libros consulendos esse, quod quantum subsidia mea mihi permittebant, ubique feci. Qua in re nemini tantum debeo quantum GEORGIO KAIBELIO, cuius egregii critici duo eximia opera, *Epigrammata Graeca ex lapidibus collecta, Berolini apud G.*

1) Paucissima, nade homo cognosci possit, hic locorum gratis addo: I, 79, 2 γήρας Cougnyo interprete est *senectus*; I, 200, 1 contra sententiam κατ' ἄνεμον vertit *in amensis*. Cf. 203, 8; I, 258, 2, ubi vera lectio est παραβόμιαι ἰδῆται, odans παραβόμι' ἰδῆται, habuit ἰδῆται, si Musis placet, pro ἰπισοχαίν et vs. 5 ἑκτροφος (altrix) cum gravi sententiae detrimento vertit *alutina*; I 261, 7 Ζώγρη: (i. e. *paros, sororia*). δέσποτ' ἑναξ, τὸν οὖν ναυήρα μεθ' ἡμῶν || Κλαυδιανόν, θρησκῶν πρῶτον ἐν εὐσεβίῃ vertit *Capo vicius cott*; I 263, 34 ἀπρόφατος Νήμοις, i. o. *ineffabilis*, cuius nomen profari horremus, (ἀντρίμοιεν λέγειν Soph.) ei est *quam affari non licet*. II 6, 2 Ἰσκω (i. e. *σιάζω*) vertit *scio*; II 19 bis suo Marte nomen Ποσειδάω, quod est in lapide, scripsit per I, ignorans, quod hodie vel pueri sciunt, illud bona aetate uice verum esse, et contrario errore II 157, 1 Παλίδας mutavit in Παλίδας; III 398, 4 edidit ἑλέτη τε καὶ Μουσαν εὖνιν ἕθνη κἀρετῆς pro ἕθνη ἀρετῆς, quod uicium e plurimis, quibus haec editio scateo, operarum erroribus esse crederes, nisi contrarium demonstraret ipsius versio Latina. Sed ubi sic pergens finem inveniam?

Reimer, 1878 et *ATHENAEI* editio apud Teubnerum a. 1887—1890 semper mihi fuerunt in manibus. Si nihilominus hic illic editas iam coniecturas, quod facile sane fieri potuit, protulerim, me inscio et invito id accidisse vix opus erit affirmare. Haud quidem me latet traditas lapidum, quos ipsi examinare tibi non liceat, scripturas tentare esse periculosae plenum opus aleae, attamen huiusmodi sententiarum nexui et dicendi proprietati superstructae coniecturae, si non aliud, hoc certe boni habent, ut eos quibus detur occasio ad novam et diligentiore ipsorum monumentorum explorationem excitent.

ADNOTATIONES AD

EPIGRAMMATUM ANTHOLOGIAM VOL. III ED. COUGNY.

AD CAPUT I.

17. Παῖ Διός, Ἐκφάντου δέξαι τὸδ' ἀμεμφές ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐξετ' ἐλέσσε τροπῆον.

Lapis habet rectissime ΕΤΕΛΕΣΣΕ ΓΡΟΠΗΩΝ, i. e. ἐτέλεσσε γράφων (= γράφων) Vid. Lokwy, *Inschriften d. Gr. B.* p. 8.

34. Πύθων Ἐρμῆ ἄγαλμα Ἐρμοστράτου Ἀβδηρίτης
ἔστησεν πολλὰς θεσάμενος πόλεις (i. e. πόλεις). κτῆ.

Vs. 2 θεσάμενος = θεσηάμενος. Python, alter Ulixes, πόλλ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, quae ipsa Homeri verba ab epigrammatis auctore respici credo. Cougny absurdam commentus formam θεσάμενος = θέμενος, quod κτίσας significet, inepte vertit »multas cum condidisset urbes"; quod si ita esset, Pytho procul dubio non foret tam obscurus, ut hodie quis fuerit nemo noverit.

43, 2. καὶ Καμαριναῖος· πρόσθ' ἔρ' ἰ Μαντινέῃ
Κρίνιος υἱὸς ἔναϊεν.

Pro E, quod est in lapide habeturque pro forma dialectica praepositionis ἐν, editor, ne monito quidem lectore, contra numeros reposuit ἐν.

55. Epigramma pessime editum et suppletum. Veram lectionem ab ista longe diversam dedit Loewy l.l. pag. 9:

"Αρτεμί, σοι τὸδ' ἔγαλμα Τελεστοδ[ικῆ] ἀνέθηκεν,

Ἄσφαλλω μήτηρ, Θεοσίλω θυγάτηρ.

Τοῦ Παρίου ποίημα Κριτανίδεω εὐχομ[α]ι εἶναι.

61. Μαινάλιος Ξενοκλῆς νίκασα Εὐθύφρονος υἱὸς

ἀπτήης μονοπαλῶν τέσσαρα σώμαθ' ἔλάν.

Ex hoc usu vocabuli ἀπτήης (Darice = ἀπτήν) intellegitur, apud Sophoclem in Oedipi Regis initio verba οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες non necessario de parvis puerulis accipienda esse.

62. l. Ὁ[ρσιππ]ίδε σ' ἱέρωσε κτέ. Admodum rarum est nec tamen exemplo caret monumentum sic compellatum. Vulgo enim ipsum loquens inducitur, poniturque primae personae pronomen in accusativo. Interdum etiam pronomen omittitur.

74. l. Lapide, qui adhuc exstat prope VΛΕΡΙ, denno inspecto, Koehler (Mittheil. d. A. I. VII 348) vidit scribendum esse:

Ἡδυγέλωτι χορῶ Διονύσια σ[ύ]μ ποτ' ἐνίκα κτέ.

»Die Verse stammen von ein Privatdenkmal her, welches in »der Zeit nach der Mitte des IV Jahrhunderts errichtet war.
»Die Namen der beide preisgekrönte Brüder und des an einem »früheren Feste Sieger geblieben Vaters standen auf einem verloren gegangen Platte.".

88. l. Κόσμον Ἄρης πατρίδι στήσε ἐνθάδε παῖδα Πιδωνος κτέ.

Suspectum mihi est nomen Πιδων. Num forte in lapide est Πι(θ)ωνος, quod est nomen satis frequens? Comparari Xen. Hell. I 1. 29, Δήμαρχός τε Πιδόκου, vetat vera Dindorfii et Cobeti emendatio Δήμαρχός τ' Ἐπικίδου.

89. Πάμμαχον, ὦ Θήβα, κρατέοντά με παῖδα[ς] ἀγῶνα

καὶ τὸ πάλιν μεσάταν ἀλικίαν τίς ἔρει